

2799 in hanc arca iac^{et} Ursacius bearcus¹ de numero Bataoru|m seniorum³, qui vixit | annos XXX; si si (*sic*) quis eam voluerit aperire, dedit in fisco au|ri [li]bras doas.

2800 Fl. Ampio semissalis⁸ de n. Mattia|corum sen.⁴ de proprio suo arca sibi | posuit; si quis eam aperire voluerit, | dabit fisci viribus argenti libras | decem.

2801 Flavius Hariso ma|gister primus⁹ de nu|mero Erolorum sen|orum¹ arcam de proprio suo | comparavit; si quis eam aperi|re voluerit, dabit in fisco auri p. duo.

2802 Flavio Launio n... s. semaforo¹⁰ | de numero Bataorum sen|orum³ qui vissit annos X....; | si quis voluerit oc est s... | luerit arcam aperire, p. II | auri fisco reddebit.

2803 arcam Vassioni camped.¹¹ | numeri Bataor. sen.³, quem sepellivit coniux Suandacca¹², q. vixit cum | [e]o ann. XXII, milit. ann. XXXV, feret apud se ann. LX; si quis eam arcam voluerit mouere, virib. fisci dabit sol. XXV. (*In latere operculi, monogramma Christi*).

Prope Concordiam Venetiae, sarcophagi permulti, reperti loco antiquo, plerique a. 1873 et insequentibus, nonnulli a. 1890 (*Notizie degli scavi* 1890 p. 470; C. V 8759. 8740. 8776. 8759. 8750. 8752. 8773 primus edidit Bertolini Concordiensis, non paucas vidit Mommsen). — 1) *Significantur munera militaria tribunatu inferiora nota et ex aliis nonnullis inscriptionibus* (cf. N. 2804) *et ex memorabili hoc loco Hieronymi* (allato a Mommseno) *contra Ioannem Hierosol.* c. 49 (Migne P. Lat. XXIII p. 586): ‘Finge aliquem tribuniciae potestatis suo vitio regradatum per singula militiae equestris officia ad tironis vocabulum devolutum, numquid ex tribuno statim fit tiro? non, sed ante primicerius, deinde senator, ducenarius, centenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tiro.’ — 2) *Heruli seniores*, 3) *Batavi seniores*, 4) *Mattiaci seniores* una recensentur in *Notitia Occidentis* inter auxilia Palatina sexaginta quinque constituta ‘sub dispositione viri illustris magistri peditum praesentalis’ (c. V, p. 24 Boeck.), et mox inter numeros ‘intra Italianam habitos’ (c. VII, p. 55 Boeck.). Horum trium numerorum, quos locis iisdem vel non multum inter se distantibus tetendisse appetet inde quod in *Notitia* nomina eorum iuncta sunt, multi milites, testibus inscriptionibus his harumque similibus, sepulturam Concordiae nacti sunt, aliorum numerorum — nam alii quoque numeri memorantur in illis inscriptionibus — pauci tantum. — 5) *sen.* ivixit lapis. — 6) *Nomina barbarica*, fortasse etiam a quadratario corrupta. — 7) *De brachiatis* cf. *infra* N. 2804. — 8) *Semissalis* non recensetur ab Hieronymo loco supra citato, sed nomen eius firmat et gradum demonstrat, ut monuit Mo., *constitutio Iustiniani* (cod. Iust. 1, 27, 2, 20 seq.), ubi in officiis ducum provinciarum Africanarum post primicerium, numerarium, ducenarios, centenarios, biarchos, circitores, recensentur semissalii. — 9) *Magistri primi dignitas praelerea ignota*. — 10) n. s. litterae, supra lineam adiectae, non intelleguntur; de semafori vocabulo cf. *supra* N. 2521 (not. 2). — 11) *Campedoctor* (cf. *supra* N. 2416 not. 5). — 12) *Fortasse* coniux Vandacca.

2804 Fl. Saume biarco de numero equitum bracciatoru.¹ | arcam illi emerunt frater Viax et Euingus semtor², Alu|gildus biarcus; si quis illam aperire voluerit, dabit fisco auri | libram unam.